

3473 in Vico Vari in lapide intra ecclesiam S. Cosmae SVAR. (Barb.), in S. Cosmae primo lapide a Vico Vari ID. (Vat.). — Romae ... via Valeria prope Vicovarum MALV. (Ael. Lael.), Romae in Sanctorum Cosmae et Damiani ID. (marm. Fels.).

DIS · MANIBVS
ARRVNTIA · PETALE · L · F
V · A · XXXX
L · RVPILIVS · DIADV MENVS
5 COIVNX · ET · RVPILIA · BLANDA · L · F ·
ET · RVPILIVS · SECVNDVS · L · F ·
PIENTISSIMAE

Suaresius cod. Barb. 30, 182 f. 19, cod. Vat. 9140 f. 31. Ab hoc pendet Malvasia Aelia Laelia Crispis 164, marm. Fels. 314 (inde Mur. 1302, 5).

Dedi ad Suaresium; menda Malvasiae omisi.

3474 in Vico Varii in ecclesia S. Mariae Gratiarum Franciscanorum in urna marmorea SVAR.

D · M
TI · CL · EVENTI
QVI · VIXIT · ANN · XVI
TI · CL · AVG · LIB
5 SALVIVS · ALVMNO
BENEMERENTI
FECIT

Suaresius cod. Barb. 30, 182 f. 19, cod. Vat. 9140 f. 32 (inde pendet ut puto Fabretti 351, 43, qui auctorem non laudat; ex hoc Vulpi Lat. 10 p. 666; Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 375).

3475 effossa a Fortunatio anno 1858 in agro Tiburtino, prope Variam.

D · M
MEMOR · CRES
TENI · QVE VIz
ANNO · VNO ME
5 VIII DIE · III
SATVRNINVS
ET · APRILLA
ALVMNE · FEC

Descripsit Pellegrini.

3 fin. 6 fin. deesse aliquid non traditur.

3476 rep. prope Vicovaro, nunc dicitur extare in vico Roccagiovane BELLI (1878).

a | M S
SIDIO LASCIVO
IA VALERIA COIVGI
sic BILIMO CVM QVO VI
zit ann ... III DIEBVS XX 5
S CVM MA
NNOS

Ectypum dedit Eman. Belli Mandelae habitans.
4 scr. incompara BILISSIMO.

3477 urna marmorea. In S. Cosmae primo lapide a Vicovari ad puteum.

D · M ·
LVCIANO ·
SACRVM · Q ·
CARINATIVS ·
5 PAPIAS FECIT ·

Suaresius cod. Barb. 30, 182 f. 19, cod. Vat. 9140 f. 32.

3 CARINITIVS tam Barb. quam Vat., sed in cod. Barb. rubrica correctum in CARINATIVS. — 5 PAPIAS Barb., PARRAS Vat.

3478 basis. In S. Cosmae primo lapide a Vicovari SVAR. (Vat.); in crypta ubi S. Benedicto a monachis venenum comparatum et propinatum [cf. Mabillon *annal. Benedict.* I p. 8; Nibby *analisi* 3 p. 490] SVAR. (Barb.).

DIS MANIBVS
MANLIAE RHODINI
FIL · VIXIT AN XVI
C · VERATIVS RHODON
5 PATER
INFELICISSIMVS

Suaresius cod. Barb. 30, 182 f. 19, cod. Vat. 9140 f. 31'.

3479 tabula lapidis ut videtur Tiburtini litteris liberae rei publicae. Rep. *tra Vicovaro, Cantalupo, e Bardela* [DE SANCTIS. Mox Vicovari in aedibus Bolognetti, ubi extat in scalis.

MVNATIA · ST · F
C · MVNATIVS
O · L · PAMPFIL
IN AGR · P · XIIX

Recognovi. De Sanctis *villa di Orazio* (ed. a. 1784) p. 59; Marini Vat. 9125 f. 89' descriptam ab Amatio anno 1807; Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 379; Nibby *memorie romane* IV p. 26, *analisi* 3 p. 487; Stan. Viola *Giornale arcadico* 105 (1845) p. 31; F. Gori *viaggio a Tivoli e Subiaco* t. 2 p. 6.

1 ST·F est in lapide, non SP·F, ut habet Nibby.

3480 rep. nel Fosso di Furio, territorio di Mandela, extat Castello di Mandela.

C · PIRRIVS
SI QVID PRAETERIE^{ns}
SI BENE · SIVE · MALE · Dixeris?
PIRRIA · C · L HIL^{ara}

Descripsi ex ectypo communicato a Fiorellio.
2. 3 supersunt ex disticho.

3481 prope Vicovaro *convento di S. Cosimato*.

FIORIS FACTV CAPE COS

Descripsi ex ectypo communicato a Fiorellio.
Non intellego; recens incisam esse suspicio venit.

3482 tabula marmorea. Rep. anno 1757 a monachis Franciscanis consistentibus in monasterio S. Cosimati sito inter Vicovaro et Cantalupo, ibi ubi Licenza rivus influit in Anienem, in fundo quodam eius monasterii (accuratius nil traditur), adhibita est a monachis in extructione arae ecclesiae eorum; inde extrahendam curavit CHAVPY et collocavit Vicovari in aedibus Bolognetti, ubi extat.

VAL · MAXIMA MATER
DOMNIPREDIA VAL ·
DVLCISSIMA FILIA
QVE VIXIT ANNIS XXX
5 VI MEN II B XII IN PRE
DIIS · SVIS MASSE · MAN
DELANE SEPRETORVM
HERCVLES · QVESQ · N PACE

Descripsi. Primus descripsisse dicitur Petrocchi notarius Vicovari, a quo habuerunt et de Sanctis, qui edidit primus in dissertationis de villa Horatii editione prima mihi non visa (a. 1761), et Chaupy, qui correctam ad lapidem edidit *maison d'Horace* 3 p. 249 et aeri incisam in tabula adiuncta; mox Petroski in topographiae agri Tiburtini Revillasianae editione altera; de Sanctis *villa di Orazio Flacco* ed. a. 1784 p. 53, de visu; Marini Vat. 9125 f. 89' descriptam ab Amatio; E. Q. Visconti cod. Paris. 9697 f. 97; Nibby *viaggio* 1 p. 199 (inde Orelli n. 104), *memorie romane* 4 p. 27, *analisi* 1 p. 286; Sebastiani *viaggio* p. 383; Marocco *stato pontificio* 7 p. 171; Noel des Vergers *bulletin archéologique de l'Athénæum français* 1855 p. 25; F. Gori *viaggio a Tivoli e Subiaco* t. 2 p. 6.

Puncta quae notavit Chaupy (p. 266. 271) in v. 2 intra litteram D et in v. 7 post SEP et RET litteras, non sunt puncta, sed damna lapidis.

2 *domnipraedius* vocabulum est etiam in inscriptione edita *bull. municipale* 1884 p. 39, item Corp. VI n. 592. Mox quadratarius vel qui titulum concepit oblitus est addere cognomen filiae. In sequentibus cogitatione supplendum est *posuit*, nempe *Valeriam filium in praediis suis*. — 7. 8 verba *sepretorum Hercules* non intelleguntur; mihi videntur referenda esse ad nomen massae. — 8 fin. lege *quiescit in pace*.

3483 fistula plumbea reperta a. 1873 inter Vicovaro et Tibur, septem millibus passuum hinc, non longe a sepulcro, ex quo prodiit sarcophagus cum fabula Meleagri nunc servatus in museo Conservatorum.

M · FVLVIVS · EVEMER · FE

Descripsit de Rossi. C. L. Visconti *bull. municipale* 4 p. 176.

3484 fistulae plumbeae duae quas Vicovaro Romam attulit negotians rerum antiquarum, apud quem vidit Dressel.

T · SABIDIVS · HELICO · FEC

Descripsit Dressel.
Cf. infra n. 3706.